



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à  
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum  
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit  
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

**Heerbrand, Jakob**

**Tvbingæ**

**VD16 H 960**

VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36573**

memoria me fallente, qua in re tamen non magis  
 perere à me peccatum esse iudico, & absolutionem ab  
 Hispano peto) dixi etiam, tanquam sub genere Reli-  
 gionum venerationem comprehendere. Quia, alibi ut di-  
 citur & probatum est, difertè eam damnet: cum tamen cras-  
 sa ista scelerotaria Pontificia, nondum vsu esset recep-  
 ta, quod successu temporis postea factum est, in immen-  
 sum vnà cum mortuorum ossibus, præter naturam au-  
 ctis, crescente etiam superstitione, quam Pontifices  
 Rom. confirmarunt & auxerunt, datis indulgentijs,  
 præsertim ad limina Apostolorum & ossa illorum, si-  
 cut genuina, siue adulterina, cõcurrentibus. Hinc ma-  
 nifestum est, falsi crimè, in citandis aliorum locis, à me  
 non esse admissum, ut falsò me Hispanus criminatur,  
 non habens quod verè mihi objiceret, ideoq; fingen-  
 dum, & mentiendum erat.

VIII.

Scribit homo vanissimus, plusquam centum in  
 spongia mea se annotasse mendacia. Item numeravi  
 in semel centum & nouem, quæ in margine habeo  
 notata, ut possim ostendere, si quis per ocium, & op-  
 portunitatem postulet.

Verùm, meræ nugæ sunt, & mendacia Hispani  
 indicis, nõ mea, quæ affingit mihi. Sicut Antilogias  
 colligere ex meis scriptis, & quod mala fide quædam  
 auerim, conatus est, quod probare hæcenus non pot-  
 est. mihiq; luculentam ab ipso factã iniuriam, demon-  
 strat. Talia sunt & hæc.

Ut quod primò annotat paginam 2. Confut. menti-  
 endum me, quòd dixerim, cum sua, nullo Scripturæ S.  
 G confir-

Spong. fol. 2.

confirmasse testimonio. Atqui ego non simpliciter dixi mendacissimè. Sed tantum, & quidem in specie ac disertè, de controuersijs inter nos, & ijs, in quibus cardo versatur. Quibus subieci: Nam quod in margine, multas citat disputationis suæ conclusiones, quas Scripturæ S. testimonijs se confirmasse ait: Partim sunt extra controuersiam positæ, partim contra Caluinum institutæ, cuius tamen dixeram litem, me nolle facere meam. Hic Hispanus se inuenisse putat, quomodo me mendacij arguat, dicens: Fac Heerbrande (quod non est) me in lite tantum cum Caluino, ut ais, Scripturas protulisse. Nonne hoc satis est, ut agnoscas, te fuisse haud lenter mentitum, etiamsi tantum in rebus controuersis dixisses me non citauisse Scripturas? Nonne lis cum Caluino controuersia est? Atqui ego disertè dixeram, quæ non probaueris, Hispane, Scripturæ S. testimonia nempe de quibus inter nos controuersia est, Disputationem enim tuam, de Idololatria, præsertim contra Tubingenses, ut habet Titulus, & me quidem nominatim, instituisse. Et excepi primùm ea quæ sunt extra controuersiam, ut, quàm atrocis sit Idololatriæ crimen, & quòd Idololatria sit, crassa illa exterior, quam tu definis, &c. Vbi, te multa cumulasse, præter rem, Scripturæ testimonia, affirmo, cum contradicente careas, ideoque labore te isto supersedere potuisse, ni librum crescere maluisses, addidi. Quod uero dicis: Nonne lis cum Caluino controuersia est? Vtiq̃. Luculèter ergo, inquis, te mentitum agnoscas. Nequaquam uerò, quia de illa in specie excepi, me nolle ipsius litem facere meam. De ea ergo, ut omnibus bonis manifestum est, controuersia dixi, quæ inter nos duos est, & in quibus cardo versatur disputationis nostræ, Hæc. n. mea uerba sunt. Hinc

Spong. fol. 2.

ne itaq; apparet tua, Hispane, calumniã di, & recte  
 verè dicta depravandi, ac mētendi libido, & Diabo-  
 rum studium. Quod tibi, in Theologorum conuentu,  
 vestro senatu, in faciem obiectū est, à quodam docto  
 Magistro, Theologiæ studioso, Curiense Frey cogno-  
 mine, te mihi iniuriam facere. Qui, cum acrius se oppo-  
 neret, intra quatrīdū Ingolstadio discedere iussus est,  
 nisi cum infamia excludi mallet. Sicut &, quod edictū  
 Rectoris & Senatus Academiae 6. Maij Anno. 80. est  
 propositū, inter cetera hæc quoq; habet: Vt diuersæ re-  
 ligionis studiosi, nullos à S. S. Tridentina Synodo pro-  
 hibitos libros, Ingolstadium sibi afferri curent, alijsq;  
 suppeditent.

Hinc amplius, Hispane, vanitas tua cōspicitur: quod,  
 dū de ista iniustitiæ parte cōquestus es, prohiberi nos  
 sreg Respon. lectionē, sub pœna excommunicationis, ter *Præfat. Confutat.*  
 giueratus es callidè: Quasi verò, inquit, vel pœnã ego  
 excommunicationis maioris decernere possim; vel ex-  
 communicationem studiosi Lutherani extimescant.

Interea verò Esauitæ isti, flabella seditionum, ac tu-  
 multuū, peissimis suis & Diabolicis artibus tantum pro-  
 pauerūt, vt, nō solū Ingolstadij, scriptis nostris nullus  
 teat aditus, sed fascinatis præstigijs Iesuiticis, summis  
 magistratibus, edictisq;, decretis, mandatis, rescriptis,  
 Bullis ita omnia perstrepan, vt scriptis nostris per-  
 tua sit constituta indicatq; proscriptione, libri nostra-  
 rum, quos isti hæreticos vocant, oppidatim, vicatim,  
 & domatim inquirantur & conquirantur, Vulcano  
 res perdendi, quicunq; fuerint reperti. Publica hæc  
 & omnib. nota, nulla arcana reuelo, liceat vulgata  
 nim referre, & saltem conqueri de Esauitarum ini-  
 quitate. Quale quid Iulianus olim Apostata facere  
 G 2 insti-

instituit, sed Domino mirabiliter in medio eum contra  
tu prohibente, perficere quod moliebatur non potuit.

Cum igitur veritate, & materiæ inopia laboret Hispanus, fingit se tot in meis scriptis annotasse mendacia, sicut etiam in hoc postremo suo scripto hoc loco facit, folia obiter quædam annotat, ad quæ singulis respondere nihil necesse est, cum ex primo, reliqua cuiusmodi sint, tanquam Leo ex vnguibus cognosci facile possint. Quia nullum finem istarum tenuium ac frivolum cavillationum esse video, hocq; sibi palmarium esse propositum, ut stridula sua dicacitate obtundat omniaq; inuoluat, ferocia sua, & Iesuitica superbia, rogantiaq; præ se contemnat omnes, ut solus emittatur & in doctorum numero habeatur præcipuus.

## IX.

Hispanus bestia superbissima, ut omnibus modo superior me videretur, cum nec veritate causæ, nec argumentis sua impia dogmata, Idololatriamq; plusquam Ethnicam, quàm in turpissima mortuorum innocatione, alijsq; crassissimis, defendere possit, vel saltem numero causarum à se confictarum, quæ quàm infirmæ sint ostendimus, me superare voluit. Cum enim octo ego causas veras & iustissimas commemorassem, cur cum ipso de hac prophanissima impietate non esset amplius disputandum; Ipse nouem alias confinxit & mentitus est, propter quas respondere noluerim, aut etiam non potuerim. Sicut olim Ethnica quadam, non tam superstitiosa, quàm ridicula diuinatione, ceu oraculo aut omine cœlesti prædictum perhibebatur, quod Hector ab Achille esset superandus: quia nomen huius, literarum &